

FA 137.095 (1-12)

*Les deux premiers à la Librerie
et J. A. Dupont. Le des la fin
de la 2e partie Chinois etc.*

Este libro perteneció a la Librería
del Sr. D. Definit.º lo dió la Car-
tesa de Valde Chusco año de 1732.

Les livres sont en dépôt à la bibliothèque
de M. de la Roche. Le plus ancien
est de l'année 1715.

IN CHRISTO
PATRI NOSTRO, D. BR.
...
...
...
...
...
...

I. JORGE A. ...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

10
HIERONYMI

CAMPANI VALENTINI

ONTINIANI VARII CARMINIS

LIBER VNVS.

LIBER LOQVITVR!

Non Reges, non arma cano, non praelia Martis

Horrida, non doctos Palladis arte viros:

Sed varia admiscens, sic dulce poëma reponit,

Vt CHRISTVM referat nostra camœna Deum.



VALENTIAE,

Ex officina Ioannis Mey Flandri,

1551.

HIERONYMVS CAMPA
nus Lectori candido S. D.



VSERAM exercitationis causa, Lector humanissime, quosdam versiculos, neque in hoc profecto, ut foras darem. sed cum vidiissem, tibi aliquam utilitatem hinc obuenire posse, non dubitavi, quin cetera posthaberem, que poterant animum meum ab editione quodammodo retardare. Quem enim impedit, vel operis breuitas, vel inuidorum malevolentia, quo minus edat sua scripta: si lectoribus aliquid sunt allatura comodi? Eo igitur animo excipito hosce primos labores, quo eduntur, ut nobis animum facias ad altiora. Vale, & conatibus nostris faueto.
Satibi, caleñ. Aug. 1550.

2.
2 HIERONYMI

CAMPANI VALEN-
TINI ONTINIANI DE DEDI-
catione libri ad CHRISTVM

IESVM.

CARMEN I.



ER te omnes discunt, & so-
lus tu erudis omnes:

Filius es sapiens, gloria ma-
gna patris.

Nec de te quisquam poterit
benè pangere quicquam,

Gratia quin de te, pulchra venusque fluat.

Qua mihi tu dederas, tibi reddo carmina CHRISTE,

Non do: nanque horum tu meus autor eras.

Sume libens animum, precor, & sit grata voluntas:

Quam quoque ni dederis, gratia tota perit.

Tu quodcunque bonum est, tu nobis omnia dictas:

Si qui sunt lapsus, nostra Minerua parit.

DE SANGVINE IESV

CHRISTI FVSO CVM IN MONTE

CALVARIAE NVDARE

TVR, HYMNVS.

CARMEN II.

A ij Ades



Des senex, ades puer,
 Adeste promptæ virgines,
 Laudemus agni candidi
 Membris fluentē sanguinē.
 Dum vestis apta tollitur,
 ô Christe, fons iam redderis,
 Ut sanguine almo nos riges,

Et nostra mundes crimina.

Hæc terra, sancta quæ prius
 Fuit, reo primo patre,
 Est plena facta sentibus,
 Non fertilis, sed horrida.

Tu fons perennis, viuidus,
 Ex intimis præcordijs
 Rubro cruore dum fluis,
 Omnes feraces reddimur.

Sic te precamur supplices,
 Tibi caro omnis seruiat,
 Ut negligens sentes malas,
 Fructus beatos proferat.

Sit magna laus Deo Patri,
 Sit virginis nato quoque,
 Sit spiritu sanctissimo
 In sempiterna tempora. Amen.

DE NVDATO CHRISTO IE,
SV IN CALVARIÆ MONTE,
ELEGIA.

CARMEN III.



Vis dabit huic capiti lacrymas, fons
temque fluentem,
Atque meis oculis suppeditabit
aquis?

Vt plangam poenas CHRISTI nos
Et esque, diesque:

Vt lacrymis pectus, fletibus ora rigem?

Quis pater, vt Christus: qui membra, & viscera nudat,
Afferat vt natis sanguine mitis opem?

Hic pater omnipotens, immensus, & omnia donans,
Quae nouit natis omnibus apta fore.

Diuitias donare potest, sed victus amore

Viscera, datque animam sanguine mista suo.

Quando non vixit CHRISTVS sine crimine vitam?

Summa tamen mortis gloria causa fuit.

Optimus hic semper vixit, vitamque peregit:

Vita probi nunquam pectora seua mouet.

Adiuuat, heu, dulcis fontes, heu, patria multos:

Hunc tamen in fontem patria seua necat.

Quando non timuit grauiora pericula mater?

Nec timor hic matris vulnera magna leuat.

A iij Quos

Quos secum semper comitans quocunque ferebat,
 Ausugiunt subito tempore Discipuli.
 Peccarunt veteres patres, peccauit & omnis
 Natus: sed CHRISTVS crimina nostra tulit.
 Mens CHRISTI sancta est, & nullâ sordida labe
 Peccati, at plectit dulce corona caput.
 Rex regum, & dominus, semper cui numina cœli
 Parent, hunc solus perdere tentat homo.
 Humano generi profert medicamina lætus,
 Et genus humanum negligit orbis opem.
 Astra poli qui fecit, terram: qui cuncta gubernat,
 Impia turba malum furciferumque vocat.
 Sanguine qui proprio, vênitq; , vt liberet orbem;
 Vendidit hunc paruo pondere discipulus.
 Factus ouis medio Scribarum, & corpore vinctus;
 Quem superi obseruant, infera turba timet.
 Est super astra potēs, & plus quàm sydera fulgens,
 Conticet, & semper splendida facta micant.
 Omnia qui donat, mundi qui conditor almus,
 Diues, iam seruus, cui neque vestis erat.
 Quanta inerat feritas Iudæis aspera mentis,
 Concepta est CHRISTI pectore tanta quies.
 Nam conclamabāt omnes, crucifigite CHRISTVM:
 Tollite, tollite, iam pendeat iste latro.

Continuò

Continuò vidisses CHRISTI ad fata paratos
 Carnifices, eius brachia qui religent.
 Ianq; onerant humeros Christi, carnemq; tremētem:
 Ianq; crucis CHRISTVS dulce ferebat onus.
 O quoties salebrofa via, ardua, & aspera montis
 Tardauit CHRISTI, continuitq; pedes.
 Cœspitat, atque labat passim compulsus ab omni
 Turba; nec surgit, quem graue pressit onus.
 Iam tandem peruēnit ad alta cacumina montis,
 Atque locum spectans talia voce refert.
 O nati dulces multum, multumq; beati,
 Hic, tamq; optatus, me locus ecce tenet.
 Hic subito, nati, vobis ostendere amorem
 Decreui; hūc CHRISTVM crimina vestra vocāt.
 Obseruate meos, vt concutit impius artus;
 Vtq; irā candens in mea damna ruit.
 Plura loqui iam non poterat (proh) nanq; petentes
 Dulcia carnifices turpiter ora premunt.
 Ianque alius vestem stringens, aliusq; reuoluens,
 Inque aduersa trahens, omnia membra quatit.
 Eripiunt tergo vestes, carnesq; sequentes,
 Vestibus affixæ vulnera magna ferunt.
 Heu dolor, heu dolor, heu quātus de vulnere sanguis
 Fluxit, nam toto corpore vulnus erat.

Cur mo

Cur moriture Pater ponis sic optime vestem?
 Nunquid quod nudos plectere moris erat?
 Non præter morem voluisti ostendere CHRISTE,
 Quod præter morem sedule pastor amas.
 Nanque alij tantum spoliantur, ad vltima quando
 Ventum est: tu rubro sanguine tingis humum.
 Nudas & pectus, corpusque, & viscera nudas:
 Vt videam, quantus pectore viuat amor.
 Si prodesse potes, nil cælas, omnia pandis:
 Omnes vt videant, commoda quanta geras.
 Nunquis scire cupit, quid corpus nudet IESVS;
 Et ponens vestem sanguine tingat humum?
 Abluat vt sacro, quæ sunt fœdata cruore,
 Vestibus & sacris corpora munda tegat.
 Sic pennas proprias solita est euellere saepe,
 Vt pullis nidus sedula textat auis.
 Sic quoque plena gerens, distenta vel vbera lacte
 Agnos vt lactet, gramina carpit ouis.
 Sic cellas implet constipans nectare mellis,
 Et flores natis vndique legit apis.
 Sic rostro charum solita est configere pectus,
 Nutriat vt pullos sanguine Plattalea.
 Sic natum vt generet, flammis comburere totam
 Se solita est Phœnix vnica, solaque auis

Sic gallina vocat pauitans, & prouida pullos,
 Quos alas tendens congregat, atque fouet.
 Quis pater vt Christus, qui mēbra, & viscera nudat:
 Afferat vt natis sanguine mitis opem?
 Ergo Christicolæ sint nobis pectora munda:
 Nil quarit præter pectora munda DEVS.

IMPERFECTA HOMI
 NVM SCIENTIA.

CARMEN IIII.

Omnia non vnus, non vnum discere possunt
 Omnes: scit solus maxima quæque DEVS.

AD CVPIDINEM.

CARMEN V.

Certius vt mittis cæcus tua tela Cupido,
 Quàm Cephali telum, pectora cuncta petens?
 Non cæcus: sed cæcum me finxere poëta,
 Quòd cæcos feriam: qui videt, ipse fugit.
 Otia qui peragunt, nostras sentire sagittas
 Debent: si tolles otia, liber eris.
 Fax multum incendens, alæ, pendensq; pharetra
 Ex humeris, fugient telaque nostra procul.

B DE

DE QVODAM ASTRO-
LOGO INSUPERATA MORTE
CORREPTO.

CARMEN VI.

*Qui solitus multis extremum dicere finem,
Hunc mors irascens ante diem rapuit.
Quem iam non fallent astrorum dogmata cæli,
Si doctrina suum decipit astrologum?*

DE VOLVPTATE.

CARMEN VII.

*Quidnam grata potest mortalibus esse voluptas,
Si post fata grauis fit labor, atque dolor?*

AD VOLVPTARIVM
ET EPICVREVM.

CARMEN VIII.

*Si genio indulges, nunquam post fata quiesces;
Gaudia mox damnum, consequiturque dolor.
Sed si damna ferens, letus patiare labores;
Gaudia mox damnum, consequiturque quies.*

DE MORTIS FRE-
QVENTI MEDITATIONE.

CAR. VIII.

Quid

*Quid confert (dic, quaeso), frequens meditatio mortis?
Ne dum nos visat corda inopina premat.*

QVAM SECVRV M OTIVM

AGAMVS.

CARMEN X.

*Aufugiunt celeres aquila veniente columbae:
Aduenit, & stamus promptius hora necis.*

AD AVARVM.

CARMEN XI.

*Auferto, corrade, & congere, cuncta relinques:
Et corpus subito putre resoluet humus.*

AD VINCENTIV M PAR

DVM MECOENATEM.

CARMEN XII.



*AM Dis, tam patribus, debemus
tamque magistris,
Ut quouis precio soluere nemo
queat.*

His ego te quartum Vincenti iun

gere cogor,

Ne forte ingratus sim tibi Parde cliens.

B ij Esse

Esse velit facilis CHRISTVS, gratesque rependat,
 Magne, tibi, quando non mihi sorte datur.
 Ast ego (per vires liceat) cessare valebo
 A precibus nunquam, quin tibi fausta precer.
 Viuere si dabitur longum, non excidet vnquam
 Ex animo nomen candide Parde tuum.
 Sed si Parca tui memorem vult scindere vitam,
 Cum vita, precibus tum mihi finis erit.

QVIS'NAM SAPIENS.

CARMEN XIII.

Heu sibi quàm sapiens visus, qui quæritat aurum
 Per fas, atque nefas, sic sapiensque perit.
 Et tumet, insignes sapiens qui quærit honores;
 Deceptus falsò, sic sapit ipse nihil.
 Qui literas callet, sibi quid non arrogat aptus:
 Hic sapit aptè alijs, nec sapit ipse sibi.
 Talia contemnit sapiens, cœlestia quærit;
 Vt sapiat CHRISTO, sic sapiensque sapit.

AD PETRVM AMICVM, CV
 IVS NIL AMICI PRAETER NOMEN.

CARMEN XIII.

Omnia

Omnia quæ vis, vt faciam, concedere nolo:
 Dum prodesse tibi vis, mihi Petre noces.
 Religio CHRISTI prohibet concedere quicquam,
 Quod mentem nostram polluat, atque premat.
 Non ignem, ferrum, ve timet mens conscia recti,
 Firma satis nullus pectora vincit amor.

FAVOR.

CARMEN XV.

Est fauor in rebus iustis gratissima virtus,
 Rebus in iniustis fit vitiumque fauor.

DE PACE.

CARMEN XVI.

Pax è cælo descendit, pax optima rerum,
 Nil melius pace est, maius in orbe nihil.
 Sola pace potes securam viuere vitam:
 Nam tranquilla dabit pectora pacis amor.
 Cum vitio pax nulla est paci: regia virtus
 Est pax, cum bello tristia bella gerens.
 Otia grata feret semper, requiemque laborum,
 Clamores, rixas, iurgia, bella premet.
 Hæc reges Magnos, paruos populosque gubernat:
 Omnia quæ viuunt, numina pacis habent.

B iij Ecquid

*Ecquid habet maius secum pax optima? Tantum,
Quòd Virgo mater nomina pacis habet.*

AD VENEREM, ET
CVPIDINEM.

CARMEN XVII.

*Importuna Venus, Venerisq; puer fuge. quidnam
Sollicitas animum, qui tua castra fugit?
Terga dedi, quantum vires valere trementes:
Quid mea sollicitas pectora, turpis amor?
Nec tua fax quicquam, nec possunt tela pharetrae:
Iam CHRISTI in nostro pectore viuit amor.*

IN QVOSDAM GRAMMATICIS
STAS PRÆCEPTIS ONVSTISSIMOS.

CARMEN XVIII.

*Quid iuuat ingentes præceptis pangere chartas,
Vsum si nullo tempore lingua tenet?*

TEMPVS VTILE QVAM
NEGLIGATVR.

CARMEN XVIIIII.

*Quantum argenti nos omnes iactura fâtigat?
Quam paucos angens vtilis hora perit?*

EX

EX PAULO AD SEIPSVM.

CARMEN XX.

Esse solet nimium stulta hæc sapientia mundi:
 Querito que sursum, diæque regna petunt.

AD CHRISTVM CRV-
CIFIXVM.

CARMEN XXI.

Alme Deus, quem terra colit, quem sydera cæli;
 Intulit, heu, quis tot vulnera? Fecit amor.
 Quid tua sic languet splendescens, pulchraq; forma?
 Quis corpus quæsit verbere? Fecit amor.
 Quis capiti imposuit spinas, rigidamque coronam,
 Quæ cerebrum lacerat cuspide? Fecit amor.
 Quis lateri vulnus lethale? Lancea quidnam
 In tua tam sæuit viscera? Fecit amor.
 Quod maius potuere malū addere, quem've laborem
 Crudeles hostes? Omnia fecit amor.
 Quando tuus potuit tantos superare labores,
 Nostra, precor, sanctus pectora vincat amor.
 Castus amor turpem, prauumque expugnet amorem,
 Atque tui solus sit mihi sanctus amor.

AD VIRGINEM MA-
TREM A PACE.

CARMEN XXII.

In dubio

*In dubio est animus, mater sanctissima Virgo,
 Dum canto laudes carmine, sacra, tuas:
 An dicam te pacis, pacem an Virginis esse:
 Quòd propter te pax dignior esse solet.
 Premia sed tua cùm recolam, pacisq̄ue nitorem,
 Virginis esto pax, Virgoq̄ue pacis eris.*

MEIVS TYPOGRAPHVS, CV-
ius opera Valentiae bonae literae plurimum splen-
doris compararunt, circino, quo vtitur pro insi-
gnibus, hoc distichon apposuit:

*Mente hunc semper habe, cunctis hoc vtere rebus;
 Vita modus rerum est, hoc sine, cuncta nihil.
 Nos autem id in crucem sacratissimam transtulim-*
us, hoc ordine.

CARMEN XXIII.

*Mente hanc semper habe, cunctis hac vtere rebus:
 Nostra salus est crux, hac sine cuncta nihil.*

DE ARGENTO MONACHO
ELOQVENTISSIMO CON-
CIONATORE.

CARMEN XXIIII.

*Argenti nomen, pectusq̄ue, argentea vestis,
 Argentum omnia sunt: aurea lingua tamen.*

CON

CONCORDIA PARVÆ RES
crescunt, discordia magnæ dilabuntur.

CARMEN XXV.

*Res paruas, minimasque simul concordia adauget:
 Sed si discordant, maxima queeque ruunt.*

MORS ET AMOR.

CAR. XXVI.

*Pallida dum cernit Mors seu Cupidinis arma,
 Et puerum accinctum, teliferumque videt:
 Quid fers arma puer, dixit, crudelia Martis,
 Quæ magnum corpus, duraque membra decent?
 Parue puer gremio genitricis digne, pharetram
 Ponito, colludas cum puerisque puer.
 Territus obstupuit visa tum Morte Cupido,
 Exanimisque facem, seuque tela iacit.
 Non amor est mors, verum atrox est mors in amore,
 Quisquis amat, nullo tempore viuit amans.
 Mortis amor vincit, mors sola expugnat amorem:
 Viuere quisquis amat, sit tibi mortis amor.*

AD CHRISTVM.

CAR. XXVII.

*Hoc te nos semper, semper te CHRISTE precamur,
 Vt tuus in nostro pectore viuat amor.*

C PSEV.

HIERONYMI CAMPANI

PSEVDOMENON.

CARMEN XXVIII.

*Cretenses mendaces esse Epimenides omnes
Dixit Cretensis, vera ne dicat, age?*

AD PVEROS LITERARVM
CANDIDATOS OCTASTICHON.

CARMEN XXVIII.

*Litterulae doctis dant, quod natura negavit:
Ille dant vitam, quam tamen ista negat.
Nam docti vita est, qua tum post funera viuit
Doctus: quae doctis, nescia vita mori.
Nunc aetas, nunc morbus, soluunt omnia membra:
Fama tamen semper cuncta per ora volat.
Ergo age, ne cessa puer immortalia querens
Nomina, pulchellas discito litterulas.*

DE LVDO LITERARIO.

CARMEN XXX.

*Ludus te doctum faciet, doctrina potentem
Virtute, & virtus te super astra feret.*

M. IOAN. ABLAVIVS HIER.

CAMPANO S. D.

CAR. XXXI.

Scribere

*Scribere plura mihi nunc haud Campane licebit:
Carmina iam legi, dulcia visa. vale.*

H. CAMPANVS MICH.

IOAN. ABLAVIO S. D.

CAR. XXXII

*Quæ mihi misisti, perlegi scripta Michæel:
Omnia perbellè, grata fuere. vale.*

IN AVAROS.

CAR. XXXIII

*Quæ causa, cur tantum ferant pecuniam
Omnes auari, & sordidi*

*In astra (proh) præ cæteris rebus bonis:
Ut creditoribus suis*

*Pecuniam haud soluant, & id quod cæteri
Debent, statim solui velint?*

*An quòd nimis nummos, & aurum diligant?
An quòd pecuniam parent*

*Rarò? Mali huius esse causa non potest
Hæc: sed timent partis bonis,*

*Quæ cæteri iustè pararunt, ne suis
Commista concidant breui.*

*Hæc sola liberalitas inest eis,
Pecunia quibus est Deus.*

VT QVIVIS SVVM CORPVS
PVS FACILE CONTEMNET.

CAR. XXXIII.

*Quod foueas, quæris subito contemnere corpus?
Perpetuò mente hæc sunt recolenda tibi.
Quid fueris videas, & quid sis, quidque futurus,
Putria vespillo cum tua membra tegat.*

DECLINA A MALO,
ET FAC BONVM.

CAR. XXXV.

*Non satis est quenquam mundum fugisse profanum:
Nec tantum vitijs abstinuiffe sat est.
Querenda est semper studiosis inclyta virtus:
Hæc cæli sedes obtinuiffe sat est.*

NEMO TIMET ANI
MI DAMNA.

CAR. XXXVI.

*Terremur subito, dum corpus vulnere languet:
Ast animi affecti vulnera nemo timet.*

QVANTA SIT ANIMI
DIGNITAS.

CAR. XXXVII.

*Quantum à terrenis, quæ sunt cælestia, distant;
Tantum à corporeis gloria mentis abest.*

DE

DE VICTVS TEM-
PERANTIA.

CAR. XXXVIII.

*Est potus gratus sitienti, est in fame panis,
Et fessis membris est quoque grata quies.
Delicias quicumque cupis, ne quærito plura:
Cætera non requiem, sed tibi damna ferent.*

LABOR ET VOLVPTAS.

CAR. XXXIX.

*Est labor assiduus studiosis gloria constans,
Atque malis requies maxima pœna, labor.*

AD PVELLOS CHRISTIANOS
NOS HENDECASYLLABI.

CAR. XL.



*Ætas puerilis aurea, apta,
Multū candida, laudibus meis, &
Cunctorum quoq; digna carmine;
etas*

*Tantum nobilis, vt Deus tui sic
Curam sollicitè, anxieq; habere*

*Sit visus, pueros vocare pueros
Vt CHRISTVS dominus solerèt, addens,
Nulli regna sua explicare velle*

C iij Se, quin

Se, quin sit pueros probè æmulatus.

*Ô etas puerilis aurea, apta
Si semper vitium repellis: artes
Omnes egregias, vt es potens, &
Præstans, & facilis, studere debes
Semper pectore nisa fortiori.
Ne quæso petulantis, aut mali vnquam
Ad consortia conuenire tentes;
Nunquam fœmineis choris velis, vel
His sermonibus interesse, qui te
Non possint melius docere honesta.*

*Ô etas puerilis aurea, apta.
Mores imbibe nunc Deo placentes,
Arceto vitiumque, pestilentes
Curas aufugito procul, malumque
Linguae virus alens fuge, & corona
Sanctis moribus apparata solis
Synceris pueris, Deum qui amarunt,
In cælo dabitur, Deo iubente.*

Ô etas puerilis aurea, apta.

AD SE IPSVM.

CAR.

XLI.

EST

*Est superare labor, carnemque domare molestum;
 Victores verum præmia grata manent.
 Ad tempus certare datur, victoria constans
 Semper, vincenti munera certa ferens.
 Ob vite damnum tantillum centupla merces
 In cælo dabitur, portio magna Deus.*

VOLUNTAS DEI NOS DE-
 BET ALLICERE AD OMNIA
 PERAGENDA.

CAR. XLII.

*Quæ Deus omnipotens iussit facienda memento:
 Nec queras causam, sic Deus ipse iubet.
 Nec moueat summi te præstans gloria cæli:
 Nanque Deo patri est maxima cura tui.
 Est pater, est sapiens, est verax, fallere nescit:
 Sicque Deum dominum sat voluisse, sat est.*

AD CICADAM QUÆ IN NO-
 STRI CVBICVLI FENESTELLA FRITIN-
 NIENS, INTERPELLABAT MVSARVM
 STVDIA.

CAR. XLIII.

*Cur venis ad me? cur nimium importuna cicada
 Musis? Campanus, non ego Socraticus.*

QUÆ

QVÆ SIT VITA BREVIS.

CAR. XLIIII.

*Vita brevis non est, quæ iustè viuitur: at quæ
Viuitur iniustis, assolet esse brevis.*

*Nam iusti æternam viuent post funera vitam:
In morte iniustis vita perennis erit.*

*Optabat Paulus dissolui, & viuere CHRISTO:
Non fuit in Pauli pectore vita brevis.*

*Quæis nimium gratus mundus, carnisq; voluptas
Dulcis, longa dies his brevis esse solet.*

*Viuere dum detur, cælum, vitamque perennem
Queramus, fiet vitaque longa satis.*

VIGILANDVM EST.

CAR. XLV.

*Sic in vtraque aurem pigri dormire solemus,
Semper cum immineant dæmonis insidiæ?*

*Et lasciuia caro, & fallacis gloria mundi
Perpetuò cunctis arma, dolosque parent?*

*Nos segnes, illi prompti: dormire parati
Nos, illi vigilant, castraque semper habent.*

*Vincere si optamus, semper vigilemus oportet:
Hostis nanque aliter maxima præda sumus.*

SOLA

SOLA VIRTUS NON
MORITVR.

CAR. XLVI.

*Mors aurum, vestes, ædes, & prædia perdit:
Sed tamen inuitâ morte viget probitas.*

ALIVD.

CAR. XLVII.

*Post mortem in cælo virtus inuicta manebit:
Cætera sic, veluti fumus, & vmbra, fluunt.*

ALIVD.

CAR. XLVIII.

*Falce metit populos, precibus mors nescia flecti:
Vera tamen virtus sola perennis erit.*

ALIVD.

CAR. XLVIIIË

*Marcescit forma, & corpus, marcescit & atas:
Sed vernat virtus, perpetuoque viret.*

PARÆNESIS AD VITAM
COELESTEM.

CARMEN L.

*Viuere perpetuò nobis cùm fata recusent,
Sit labor, vt nostrum nomen in astra volet.*

D CHRIS

CHRIAMISTA CVIVSDAM
MILITIS PRO PATRIA PVGNANTIS.

CARMEN LL

Pro patriâ pugnans forti certamine miles,
 Accepto in facie vulnere iam moriens:
 Pendentem nasum dum sentit, comprimit, atque
 Abijcit, & clamans talia commemorat,
 Si morior, naso quid opus mihi? sin minus, aptè
 Præstantis pugne sic mihi testis erit.

VT SEIPSVM FACILE
 QVIS NOSCET.

CAR. LII

Vt speculum fulgens solet aptè reddere formam:
 Sic CHRISTVS, qualis sit tua vita, potest.

VITA BEATA.

CARMEN LIII

Diuitias Cræsi contemnit vita beata,
 Contemnit fœlix, quicquid in orbe viget.
 Argentum, gemmas, aurum, clarosque lapillos,
 Vasaque, tum vestes vile putabit onus.
 Vir fœlix, sapiensque fugaces spernit honores:
 Contenta est solum vita beata DEO.

AD

AD IGNAVVM VI-

TIIS INHAERENTEM.

CAR. LIIII.

Quidnam stulte expectas, mortis dum venit hora?

Viuere vis apte? nunc tibi tempus adest.

Cras veniet mors, nec dabitur vesane facultas

Mutandi mores; currito, pelle moras.

IN IO. LODOICI VIVIS IN-

TRODVCTIONEM AD SAPIENTIAM

TETRASTICHON AD LECTOREM.

CAR. LV.

Socraticos mores, quod pulchrum dogma Platonis

Explicat, hic facili continet arte liber.

Quò petis, audito Lector, maiora supersunt,

Hic Viues CHRISTVM personat ore. vale.

ALIVD.

CAR. LVI.

Disce puer fieri sapiens, iuuenis que, senex que:

Te libro hoc Viues dogmata sacra docet.

IN CAROLVM CÆSAREM

sic lusit Borbonius.

Quæ monosyllaba sunt, ne sperne vocabula, Cæsar:

Rex, Mars, Mors, tria sunt hæc metuenda tibi.

D ij Nos

Nos verò melius multò arbitramur Borbonium dicere potuisse, paucissimis immutatis.

CAR. LVII.

Quæ monosyllaba sunt, contemne vocabula Cæsar:

Rex, Mars, Mors, tria sunt non metuenda tibi,

Quid regem metues abs te bello superatum?

Fœlix, & fortis bellica fata times?

MORTIS IMAGO

LOQVITVR.

CAR. LVIII.

Nescio quid timeas sic, mortis imagine visa:

Nec pictus gladius, picta' ve tela necant.

Quod timeas in te est, amens, depelle timorem:

Crimina quæ te angunt, inspice, visa fuge.

Is timeat semper, quem propria crimina vexant;

Huic ego sum terror, sum metus, atque dolor.

Nanque bonos vnquam Mortis non terret imago:

Nec verus vultus; si sapis, esto bonus.

AD IGNAVVM FVGLI

TANTEM LABORIS.

CAR. LVIIII.

Quid dubitas? quid mœres? Vnica te via ducet

In cælum tantum dulcis, amica, LABOR.

AD

AD CÆSAREM.

CARMEN LX.

Summum locum, Cæsar potens, nunc obtines:
 Cùm voluitur mundus rotans,
 Ne victus à mundo, caue, infimum malè
 Deceptus occupa locum.

VERITAS.

CAR. LXI.

Tanta est vis veri, veri est vis, tantæque virtus,
 Vt nulla fraude, aut arte perire queat.

ERVDITIO SINE
 VIRTUTE.

CAR. LXII.

Futilis est doctis, mendaxque peritia rerum,
 Quam præstans semper non comitatur opus.

VITA.

CAR. LXIII.



Ola iustorum bona vita vita est,
 Vita non iusti mala vita non est,
 Viuit is solum domino placendo,
 Qui bene viuit.

Sola iustorum bona vita leta est,

D iij Vita

Vita non iusti mala vita tristis,
 Illa viuentes recreat: sed ista
 Viscera torquet.

AD PATREM.

CAR. LXIII.

Tu cudis calybem, & cudis pater optimè ferrum:
 Ipse tamen ferro pectora dura magis.
 Ingeminoq; ictus frustra, frustra que retundo,
 Discruciorque omni tempore, littus arans.
 Si literas non tractarem, Musasque canoras,
 Me subito ingratus perderet ipse labor.

IN AVARVM.

CAR. LXV.

Quid desipis demens auare, non pudet
 Sic colligere, quæ non ferenda sint tibi,
 Sed hinc relinquenda, vbi peribunt celeriter?
 Quid colligis, quæ non tua esse sentias?
 Dimittito curam anxiam, quæ te excruciat,
 Et fruere iam partis bonis: viue alacer, &
 Dormi, comede, bibito, quiesce, ludito,
 Seruans modum semper in omnibus tuis
 Rebus, & eris pro sordido, miserabili,

Liber,

*Liber, potens, fœlix, probus, diues simul.
Heheu pecunia, haud facilè te misero.*

VT QVIS NOCTEM SINE
PERICVLO MALAE MORTIS
OBDORMIET.

CAR. LXVI.

*Si prius in lecto, quàm somnus lumina condat,
Præteritos recolas ordine, mente dies,
Atq; Deum dominum veniam, pacemq; preceris,
Te incautum noctu non mala Parca premet.*

DIVITIÆ.

CAR. LXVII.

*Diuitiæ medios solitæ sunt reddere fructus:
Nam sunt causa boni, sunt quoque causa mali.
Diuitiæ curas adimunt, adduntque, feruntque
Pauperibus vitam, pauperibusq; demunt.
Diuitiæ claudunt, aut pandunt infera regna:
Diuitijs non vel Iuppiter ipse fauet.
Diuitias & multi querunt per mare, & ignes:
Diuitias multi sus quoq; deque ferunt.
Diuitijs pretium ex se nullum est, pendet ab vsu:
Diuitiæque bonæ, diuitiæque malæ.*

AD

HIERONYMI CAMPANI,
AD DESOLATVM.

CARMEN LXVIII.

Quidnam doles, sic cogitans
Tecum ipse multa, quæ premunt
Cor, & animum, istudque cerebrum?
Quid? non Deum videre vides,
Vt accidant aduersa tibi?
Vt qui te amat multum Pater,
Omnia videns sciat melius,
Quæ tibi futura sunt bona,
Quam tu? Voluntas sit tua
Dei voluntatem sequens.

DE MEDICO ET EODEM

ASTROLOGO INOPINA MOR-
TE SVBLATO.

CARMEN LXVIII.

Astrologus mirus, medicorumque alter Apollo,
Arte potens multum, & certus vtraque sua:
Dum sentit, vitam, quam prudens antè videbat
Stata morte peti, protrahit aptus ope.
Luditur arte nimis, nec ineluctabile fatum
Fraudem ferre potens, decipit astrologum.
Dum parat incautus medicus medicamina sueta,
Ne prius vt caueat, mors rapit ante diem.

ALIVD

ALIVD.

CAR. LXX.

Multorum solitus finem predicere vitæ
 Praclarus medicus, clarus & astrologus:
 Hem vereor ne protrahat hic medicamine vitam,
 Mors ait, & medici cognita fila secat.

IN AVARVM.

CAR. LXXXI.

Quæ sunt tibi maiore sollicitudine,
 Quàm comparaueras, relinquenda, & metu
 Molestiori possidenda, congeris?

IN IOANNIS LODOICI VI.
 VIS NON SATIS DEPLORATVM
 INTERITVM OCTASTICHON.

CAR. LXXII.

Melpomene, Euterpe, & certant Vrania, Clio;
 Inclyta dum Viuis, pulchraque facta vident.
 Calliope meus est, inquit, Polyhymnia noster:
 Contendunt pariter nunc, Eratoque simul.
 Terpsicore accelerans, natum mihi ferte sorores,
 Inquit, Vester'ne est? Atque Thalia, meus.
 Dum miserè omnes certant, Mors inopina diremit.
 Litem: nanque Deo nunc mage gratus erit.

E IDEM

IDEM DE EODEM.

CAR. LXXIIL

*Dum certant, cuius sit, eâdem stirpe sorores
Pierides, Viuem Mors inopina rapit.*

EPITAPHIUM.

CAR. LXXIIIL

*Hic iacet (heu dolor) hîc Viues, quem numina cælo
Tollunt, quòd terris nunc quoque viuus erit.*

ALIVD.

CAR. LXXV.

*Iuppiter excelfo cæli est dignatus honore
Viuem: nam terræ non satis esse putat.*

Apostrophe AD VIVEM.

CAR. LXXVI.

*Nunc quoq; post mortem Viues super æthere viues,
Hicque metus posthac non tibi mortis erit.
Nam Pater omnipotens tandem post fata reliquit,
Vt Musæ viuant nomine Viue tuo.
Et Musæ ob tantum munus tot munera debent,
Debeat vt Viuis viuere semper honos.*

IN

IN ADOLESCENTES, QVI

OTIO PERPETVO LANGVESCUNT,
 QUIQVE DEAMBVLATIONIBVS
 SVNT DEDITI QVAM MAXIME.

CAR. LXXVII.

Sunt multa, queis se exerceant iuuenes probi

Exercitia, sunt que varia

Artes honestis puerulis dignæ; & viris

Probis, & excultissimis

Quoque sua non desunt decora exercitia

Exculta multorum ingenijs,

Que tempus hoc facillimè potest dare.

Quid desides nunc otium

Sic agitis adolescentuli? Quid queritis

Deambulationis, &

Quæ ganeonum sunt mala, ac exercitia

Vanissima atque perdita?

Fugite, fugacesque horulas constringite,

Nec collocetis iam malè.

FLABELLVM PAPIRACEVM.

CAR. LXXVIII.

Dum moueor, muscæ fugiunt, impellitur aër,

Infertur frigus, me fugit ipse calor.

Et subito pereo, cum præceps obruor vndis:

Pellere quem soleo, me calor ipse fouet.

E ij

PRE

PRECATIO DOMINICA.

CARMEN LXXVIII.

*O noster Pater, in cœlis qui es, sanctificetur
 Nomen sancte tuum, sint tua regna propè.
 Ut cœlo, terris fiat tua sacra voluntas:
 Et nobis panem da bone quottidie.
 Dimittas & nobis omnia debita nostra,
 Ut nos qui debent, debita cuncta damus.
 Et ne nos inducas vnquam in retia Auerni:
 Eripito sed nos omnibus alme malis.*

AMEN.

IN ZOILVM.

CAR. LXXX.

*Sœuiet in nostram genuino dente papyrum
 Inuidus? haud mirum, vescitur & colubris.
 Si chartas heu Zoile rodis, Zoile nullus
 Es iam. nam chartis pasceris vt tineæ.*

NEGLIGENDI VVLGI RV.

MORES, QVALE EST APVD MORVM.

CAR. LXXXI.

*Tu benè fac viuas, & vulgi sperne profani
 Verba, benè hic de te dicet, & ille malè.*

CVIVIS LIBRORVM COPIA NVLLA SATIS.

Est vnus nobis sat què, super què liber.

INDEX

INDEX CARMINVM QVÆ

HOC OPVSCVLO CONTINENTVR.

De dedicatione libri.	Carmen	1.	Fo.	2.
De sanguine Christi fuso dum nudaretur in Caluarie monte, Hymnus	Carmen	2.	Fo.	2
De nudato Christo Iesu in Caluarie monte, Elegia	Car.	3.	Fo.	3.
Imperfecta hominum scientia	Car.	4.	Fo.	5.
Ad Cupidinem	Car.	5.	Fo.	5.
De quodam astrologo in sperata morte correpto	Car.	6.	fo.	5.
De voluptate	Carmen	7.	Fo.	5.
Ad voluptarium, & Epicurcum	Carmen	8.	Fo.	5.
De mortis frequenti meditatione	Car.	9.	Fo.	6.
Quam securum otium agamus	Carmen	10.	fo.	6.
In auarum	Car.	11.	Fo.	6.
Ad Vincentium Pardum Mecoenatem	Car.	12.	Fo.	6.
Quisnam sapiens	Car.	13.	Fo.	6.
Ad Petrum amicum, cuius nihil amici præter nomen	Car.	14.	fo.	7.
Fauor	Carmen	15.	fo.	7.
De pace	Carmen	16.	Fo.	7.
Ad Venerem, & Cupidinem	Carmen	17.	fo.	7.
In quosdam grammaticas præceptis onustissimos	Car.	18.	Fo.	7.
Tempus vtile quam negligatur	Car.	19.	Fo.	7.
Ex Paulo, ad seipsum	Carmen	20.	Fo.	8.
Ad Christum crucifixum	Carmen	21.	Fo.	8.
Ad Virginem matrem à Pace	Car.	22.	Fo.	8.
In crucem sacratissimam	Car.	23.	Fo.	8.
De Argento monacho eloquentissimo concionatore	Car.	24.	fo.	8.
Concordia parue res crescunt	Car.	25.	Fo.	9.
Mors, & Amor	Car.	26.	Fo.	9.
Ad Christum	Car.	27.	Fo.	9.
Pseudomenon	Car.	28.	Fo.	9.
Ad pueros literarum candidatos, octastichon	Car.	29.	fo.	9.
De ludo literario	Car.	30.	fo.	9.

INDEX.

M. IOANN. Ablaius H. Campano S. D.	Car.	31.	fo.	10.
H. Campanus M. Ioann. Ablauio S. D.	Car.	32.	Fo.	10.
In auaros	Car.	33.	Fo.	10.
Vt quiuis suum corpus facile contemnet	Car.	34.	Fo.	10.
Declina a malo, & fac bonum	Car.	35.	Fo.	10.
Nemo timet animi damna	Car.	36.	fo.	10.
Quanta sit animi dignitas	Car.	37.	fo.	10.
De temperantia victus	Car.	38.	fo.	11.
Labor, & voluptas	Car.	39.	Fo.	11.
Ad puellios Christianos, hendecasyllabi	Car.	40.	Fo.	11.
Ad seipsum	Car.	41.	Fo.	12.
Voluntas Dei nos debet allicere ad omnia peragenda	Car.	42.	fo.	12.
Ad cicadan	Car.	43.	Fo.	12.
Que sit vita breuis	Car.	44.	Fo.	12.
Vigilandum est	Car.	45.	Fo.	12.
Sola virtus non moritur	Car.	46.	Fo.	13.
Aliud	Carmen	47.	Fo.	13.
Aliud	Carmen	48.	Fo.	13.
Aliud	Carmen	49.	Fo.	13.
Parænesis ad vitam coelestem	Car.	50.	Fo.	13.
Chriamista cuiusdam militis pro patria pugnantis	Car.	51.	Fo.	13.
Vt seipsum facile quis noscet	Carmen	52.	Fo.	13.
Vita beata	Carmen	53.	Fo.	13.
Ad ignauum vitijs inherentem	Car.	54.	Fo.	14.
In Ioann. Lodoici Viuis Valentini Introductionem ad Sapientiam, Te=				
trastichon	Carmen	55.	Fo.	14.
Aliud	Carmen	56.	Fo.	14.
Pro Carolo Cesare	Car.	57.	Fo.	14.
Mortis imago loquitur	Car.	58.	Fo.	14.
Ad ignauum fugitantem laboris	Carmen	59.	Fo.	14.
Ad Cesarem	Carmen	60.	Fo.	15.
Veritas	Carmen	61.	Fo.	15.
Eruditio sine virtute	Carmen	62.	Fo.	15.
Vita	Car.	63.	Fo.	15.
				Ad Patrem


I N D E X.

Ad Patrem	Carmen	64.	Fo.	15.
In auarum	Carmen	65.	Fo.	15.
Vt quis noctem sine periculo male mortis obdormiet.	Car.	66.	Fo.	16.
Diuitiæ	Carmen	67.	Fo.	16.
Ad desolatum	Car.	68.	Fo.	16.
De medico, & eodem astrologo in sperata morte sublato.	C.	69.	F.	16.
Aliud	Car.	70.	Fo.	17.
In auarum	Car.	71.	Fo.	17.
In Ioann. Lodoici Viuis non satis deploratum interitum, octastichon.	Carmen	72.	Fo.	17.
Idem de eodem	Car.	73.	Fo.	17.
Epitaphium	Carmen	74.	Fo.	17.
Aliud	Carmen	75.	Fo.	17.
Apostrophe ad Viuem	Carmen	76.	Fo.	17.
In adolescentes, qui otio perpetuo languescunt, quiq; de ambulationibus sunt dediti quam maxime	Car.	77.	Fo.	18.
Flabellum papyraceum	Car.	78.	Fo.	18.
Precatio Dominica	Car.	79.	Fo.	18.
In Zoilum	Carmen	80.	Fo.	18.
Negligendi vulgi rumores	Car.	81.	Fo.	18.


*Omnia cura potest, parque est fortuna laboris;
Cælum conscendes, omnia cura potest.*

1848
Census 84
Census 85
Census 86
Census 87
Census 88
Census 89
Census 90
Census 91
Census 92
Census 93
Census 94
Census 95
Census 96
Census 97
Census 98
Census 99
Census 100
Census 101
Census 102
Census 103
Census 104
Census 105
Census 106
Census 107
Census 108
Census 109
Census 110
Census 111
Census 112
Census 113
Census 114
Census 115
Census 116
Census 117
Census 118
Census 119
Census 120
Census 121
Census 122
Census 123
Census 124
Census 125
Census 126
Census 127
Census 128
Census 129
Census 130
Census 131
Census 132
Census 133
Census 134
Census 135
Census 136
Census 137
Census 138
Census 139
Census 140
Census 141
Census 142
Census 143
Census 144
Census 145
Census 146
Census 147
Census 148
Census 149
Census 150
Census 151
Census 152
Census 153
Census 154
Census 155
Census 156
Census 157
Census 158
Census 159
Census 160
Census 161
Census 162
Census 163
Census 164
Census 165
Census 166
Census 167
Census 168
Census 169
Census 170
Census 171
Census 172
Census 173
Census 174
Census 175
Census 176
Census 177
Census 178
Census 179
Census 180
Census 181
Census 182
Census 183
Census 184
Census 185
Census 186
Census 187
Census 188
Census 189
Census 190
Census 191
Census 192
Census 193
Census 194
Census 195
Census 196
Census 197
Census 198
Census 199
Census 200

and a part of the ...
Census 1999







Conditiones
habite
in
Majori Cart